Memorial

Dessido entre el Papa Paulo IV y el Rey catholico D. Phe II

Beatissime Pater.

Quot quot in Seminario Parisiensi pro conversione gentium instituto viuimus et ad promouendum totis viribus tam præcellens Zeli apostolici opus invigilamus, hodie provoluimus ad pedes Santitatis V.æ magna certè fiducia tum pro eximia quã pollet B.o V.a pietate ac Sanctitate, tum pro intima quæ semper intercessit inter S.ti Dominici Alumnos, et nostros operarios Evangelicos concordia, maximè ubi actum est de expugnandis Superstitiosis Sinentium ritibus, tum denique pro sincerissima nostra erga S.tam Sedem, simul et B.em V.am Reverentia et submissione, testimonium nobis perhibente, non solum conscientia nostra sed et vario ac multiplici monumento quod identidem ad Santissimos antecessores vestros et ad sacram Congregationem transmisimus meminerit, quæso B.o V.a quod in nostra ad eam epistolam gratis latoriam exaltationis ad Petri thronum, nitidissimam constitutionis acceptationem inseruimus.

At quid quid huc usque à nobis præstitum sit, nescimus quonam fato fiat ut nostra fides et doctrina perpetuò in suspicionem adducatur, et discussis tam sæpe sparsis adversus nos falsis rumori-

manera al Pontificado, hizo Cardenal a D.n Carlos Carrafa, el qual

fiscal de la suprema Cauera en este miembro tan principal del cuerpo mystico de christo: y sucede q.e conduce para defensa ... del Papa como Principe temporal.

bus, acrius identidem impetamus; nisi forte quod ea sit sors omni[um]
Evangelij præconum plurimos esse periri Adversarios, et variis Calu[m]
nijs exagitari. id autem ferme toties accidit quoties nobis sibi invi[-]
cem succedentibus Cardinalibus, quibus nondum sumus noti, [...]
teres iterantur apud ipsos querimoniæ et novas semper apologias
texere cogimus.

Scire optaremus S.me Pater siquis sit in rerum na[tu-]
râ caracter, si quod sigillum, si quæ verborum forma quibu[s or-]
thodoxi possimus indubitanter haberi? quis nobis det ut exa[-]
rentur in libro stilo ferreo, et plumbi lamina, vel certe sculp[an-]
tur in silice? adeo ut nullo fuco, nulla oblivione, nullo temporu[m]
lapsu hodierna saltem fidei nostræ professio obscurari aut de[le-]
ri unquam valeant. Detestanda ne est Janseniana hæresis ac
soboles! detestamur. amplectenda omnia summorum Ponti[fi-]
cum eam in rem decreta? amplectimur. suscipienda pu[re]
et simpliciter Clementis XI. Constitutio? ex animo susci[pi-]
mus ita Constitutionem!

Unigenitus.

Eminent.mi Cardinales de Rohan et de Bisty [...]
do Romæ ad B.ni V.æ felicissimam electionem et consecrationem [...]
fuerunt, hoc idem de Nobis.
luculentissime testati sunt iterumque, si opus fuerit, ut de co[...]

Memorial

Dessido entre el Papa Paulo IV y el Rey catholico D. Phe II

Aequitate ac Religione praesummimus testabuntur. Quibus se libenter comitem adiunget Emin.mus Cardinali de Gesures à quo probè dignoscimur. Ex mandato Apostolico inquirat seu palam, seu secreto Excell.mus Nuntius. Audiatur denique Ill.mus Conovuenris cuius Declarationem Sacrae congregationi exhibitam statim ut vidimus, et nostro sigillo adoptavimus.

Quidem irrepserant inter nos nonnulli minus recte ambulantes coram Deo et coram Christo ejus, at ubi primum detecta est eorum dissonantia expulsi sunt juxta vota nostra, et ita expulsi, ut autoritate Apostolica simul ac Regia nunquam sint reversuri; quorum in locum illico suffecti sunt Directores alij qui lacte Seminarij Sulpiciani Parisiis educati, doctrina, moribus, et in Sanctam Sedem observantia spectabiles ab omnibus habentur. Stet ergo in posterum inconcussa fama nostra, fruamurque in sinu Sanctissimae Paternitatis Vestrae la pace et tranquillitate quā.

Promptiores et alacriores Nobiliti, in umbrā summorum Pontificum patrocinantibus Eminentissimis—
Vivamus et Euangelicemus in gentibus—

Parisiis die 3a. februarij 1727

Santissime Pater
S.tis V.ae

Humillimi observant.mi et obsequent.mi filij ac servi

manera al Pontificado, hizo Carden.l à D.n Carlos Carrafa, el qual

allende

Tribunal de la suprema tiara en este miembro tan principal del cuerpo mystico de christo: y puede se conducir para defensa con moderamine ...

Superior. et Directores Seminarij ad exteros De Brisa
Sup. Tiberge. Trembles. Mensique Montorcer. Feg
ande Breu et. & les peroumere de Trz).